

ANTONII MATTHÆI
DISPUTATIONES

DE
SUCCESSIONIBUS XX.
DE MATRIMONIIS XIII.
DE TUTELIS V.

*In illustri Academia Ultrajectina publicè
ventilata, defendentibus juris, & bonarum
literarum studiosis quorum nomina
singula disputationes præferunt.*

CUM
AUCTARIO,
de Divortio Legum & Usus.



ULTRAJECTI
Typis Theodori ab Ackersdijck, & Gisberti à Zÿll,
c1o. 1o. c. LII.



DE
SUCCESSIONIBUS

DISPUTATIO PRIMA.

DE
TESTAMENTO SOLENNI.

Resp. ADRIANO DE VITH

ULTRAJECTINO.

THESIS I.



Successio omnis vel civilis, vel prætoria est: quarum illa hereditas, hæc bonorum possessio appellatur. Hereditas nihil est aliud, quam successio in universum jus defuncti *l. nihil est aliud 24. D. de V. S. l. hereditas 62. de R. I.* Eaque defertur vel ex testamento, vel ab intestato.

2. Testamentum dictum est à testatione mentis *pr. Inst. de testam. ord.* Hanc notationem cum ridet Valla

A 6. eleg.

DE

DIVORTIO LEGUM

ET USUS.

I.



Ex. Successio omnis vel civilis est, vel prætoria. §. ult. Inst. per quas person. nob. acq. l. 1. & seqq. D. de bon. poss. Vlp. in fragm. tit. 29. §. pen.

Vsus. Bonorum possessiones hodiè ferè antiquatæ sunt: omnesque, qui vel ex testamento, vel ab intestato succedunt, heredes potius, quàm bonorum possessores sunt. Egui. Bare ad tit. Inst. de bon. poss. Bugno. de leg. abrog. 1. sat. 205. Autum. in cens. ad §. sed illud observandum D. de bon. poss. contr. tab. Vinn. & Groenevv. ad d. tit. Inst. Agnovit tamen bonorum possessionem contra tabulas Ioan. Fab. ad §. cum igitur Inst. eod. Unde vir &

M 4

uxor,

DE

DIVORTIO LEGUM

ET USUS.

I.



Eg. Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum *l. 1. D. de sponsal.*

Usus. Sponsalia alia de præsentibus, alia de futuro sunt. Ita cautum jure Pontificio, quod in causis matrimonialibus ferè sequimur *Gail. 2. obs. 141. nunt. 5. Hart. ab. Epping. tit. 34. obs. 2. num. 10. Hotom. de Sponsal. cap. 7. Carpzov. part. 4. const. 20. def. pen. & ult. Mev. ad Stat. Lub. 1. tit. 4. num. 3. Nempè, quatenus neque legibus divinis neque rectæ rationi repugnat. Alb. Gentil. 1. de nupt. cap. 19. in fin. Beust. part. 2. de matr. cap. 34. circa fin. Schepl. ad cons. Brandeb. part. 1. tit. 1. §. 22.*

2. Leg. Sponsalia consensu contrahuntur: